









1741.

1. Heminga, Siegfried Coeso: *De officio venatoris imperii principatus Rungiae annexo.*
2. Balthasar, Augustinus: *J. N. D. et prof. ordin. fac. jur.;*  
*Doc. L. decanus ad Pri. Juris Prædicti Flen. Disputationem*  
*inang. : De usufructu paterno in feudis filiorum familias*  
*... invidet simulque in recensendis vitiis ietorum*  
*Gryphi's Walddearium*
3. Balthasar, Augustinus: *De usufructu paterno in*  
*feudis filiorum familias;* . . . . .
4. Balthasar, Augustinus: *Dissertatio inang. , qua*  
*in notam genuinam similitudine juris Germanici*  
*instituta, ejusque cum Longobardica collationem*  
*... exponit*
5. Inzelbrocht, Joh. Branten: *De mutuo conjugum*  
*concursum ad solvendum res alienum ab alterutro*  
*ante nuptias conflatum.*

6. Nettelblatt, Christ: De ecclesia sanguinem non  
sitiante.
7. Nettelblatt, Christianus, Senior et pro-Deccanus fec-  
juris Dene ad inang. Dissertationem: De ecclesia  
sanguinem non sitiante. . . . <sup>ad</sup> D<sup>o</sup> Siegfried Caero  
Stemringa . . . . habendam . . . . invitata in simulque  
: de influxu doctrinae: ecclesia non sinit  
sanguinem, in jure publ. Temp. Ann. Germ. Bill.  
27.
8. Nettelblatt, Christianus: De successione filiarum  
nobilium in feudis Pomeraniae
9. Nettelblatt, Christianus, Senior et . . . pro-Deccanus,  
Ord. Teutonum: ad Disputationem inang.: De success-  
sione filiarum nobil. in feudis Pomeraniae. . . .  
invitata in simulque: de Altheredus privilegio succ-  
sionis foeminarum nobilium Mogepol. . . . in feudis  
dixerit.

1742

1. Balthasar, Augustinus: De beneficiis ad residentiam  
et l. 22 § 2 ff. in iurati. fidei iurari competentibus.
2. Engelbrecht, Herm. Hinc.: Constitutum ab Augustissimo  
in terris Saxonicis imperii Vicario rectori et consi-  
lio academiæ Gryppicæ in Bullam ... proponit.
3. <sup>4. 1.</sup> Engelbrecht, Herm. Hinc.: Insa ordinis equestris  
in Pomerania Suebica et Rugia ... 2 Sept. 1742  
Accessit manuscriptorum documentorum in argumenti illustra-  
tionem.
4. Engelbrecht, Herm. Hinc.: De eo, quod ~~est~~ est superioris  
latit territorialis in iure Indeceni.
5. Schreyer, Albertus Georgius: De serie processus et prom-  
cationum forensium in causis ad ius Suerinense dissi-  
mendis, quae apud Stralundenses olim unitate fuerit.

1743

1. Heminga, Sigfried Caeso: De eo, quod iustum est in  
parochiam ruralem vacantem in Pomerania et Rugia
2. Balchasar, Augustinus: De origine ac limitibus juris  
manti in personam uxoris.
3. Balchasar, Augustinus: De manumissione servorum  
vel hominum propriorum, ex jure Romano et Germanico,  
speciatim Pomeranico
4. Engelbrecht, Hermann: Grundlage eines Vorlesungs-  
Einleitung zu seiner akademischen Vorlesungen über  
Westphälische Fideicommiss-Testament



7749. <sup>6</sup>

PROGRAMMA

1741, 2

QVO

AUGUSTINUS BALTHASAR, <sup>2</sup>

J. U. D. ET PROF. ORDIN. FAC. JUR. h. t. DECANUS,  
REGIÆ SOCIETATIS TEUTONICÆ DIRECTOR,

AD

PRÆNOBILISSIMI ATQVE DOCTISSIMI

DNI. DAVID GOTTLIEB IKEN,

LUSATI.

REGII DICASTERII ADVOCATI,

DISPUTATIONEM INAUGURALEM

DE

*Usufructu paterno in feudis filiorum familias*

AO. MDCCXLI. D. XVII. MARTII

IN AUDITORIO MAJORI

B. C. D.

H. L. <sup>2</sup> C.

VENTILANDAM.

MAGNIFICUM DOMINUM RECTOREM  
OMNIUMQVE COLLEGIORUM PROCERES

NEC NON

ILLUSTREM, GENEROSAM NOBILISSIMAMQVE  
ACADEMICAM JUVENTUTEM

EA, QVA DECET, HUMANITATE OFFICIOSE INVITAT;

SIMULQVE

IN RECENSENDIS

VITIS FCTORUM GRYPHISWALDENSIUM  
PERGIT.

GRYPHISWALDIÆ

TYPIS HIERONYMI JOHANNIS STRUCKII

REGIÆ ACAD. TYPOGR.



PROGAMMA

AVGUSTINUS DE THASAR

REGIA SOCIETAS THASAR

TRINIDADIS

DEI DAVID GOTTLIEB KERN

DISPUTATIONEM INNOVATIONEM

IN ADIUTORE MAIORI

IN ADIUTORE MAIORI

MAGNIFICUM DOMINUM RECTOREM  
OMNIVM COLLEGIORVM

ILLUSTREM SENATUM

IN REVERENDIS

CVRIS VETERIBVS

TYRIS HONORATISSIMIS STRUCHII  
REGIA ACAD. THEOL.





nsistuti mei ratio, quam hæcenus in conscribendis Rogrammatibus invitatoriis ad Disputationes Candidatorum inaugurales, servavi, exigit, ut loco præliminaris discursus, antequam ad recensionem Vitæ Dni Candidati more consveto me accingam, in colligendis vitis quorundam Jctorum ac Professorum Gryphiswaldensium, es, qua cepi, methodo, pergam. Ordine itaque sequitur

## X. GÖRVINUS RÖNNEGARVE,

*de Sundis.*

**A**b HENR. RUBENOVIO, primo Academiæ nostræ plantatore, cujus vita primum locum in recessione nostra jam occupavit, fuit enutritus, & mox in ipsis diebus natalis Academiæ nostræ, post Festum trium Regum, sub Rectoratu & Decanatu RUBENOVII, in Baccalaureum LL. fuit promotus. v. *Annal. Acad. L. 1. p. 4. & 5. pr.* Anno 1460. in Lectorem LL. ordinarium hic fuit receptus, intra annum vero proficium mutavit & recessit. v. *Annal. L. 1. p. 33.* præculdubio, ob periculum, quod post interfectionem Rubenovii hoc tempore imminerebat familiæ Rubenovianæ, & tumultus inde contra complices excitatos, Sundiam se iterum recepit. Rediit tamen post aliquot annorum intervallum, & in novis juribus factus fuit ordinarius. v. *Ann. c. 1. p. 45.* Rector Academiæ fuit creatus anno 1465. die Luciæ. v. MICH. GERSCHOVII. *Catal. Patronorum, Fundatorum, Cancellariorum, Rectorum, Vice-Rectorum &c.* In hoc suo Rectoratu arripuit iter ad Romanam curiam propter lites suas cum LAURENT. BUCHOLT v. *Annal. Acad.*

L. I. p. 40. & L. II. p. 18. & 19. Cui Pro- Rector THEODOR. STEPHANI, Theol. D., ut Vice Rector, per illud tempus fuit substitutus. *Ann. L. I. p. 40 & L. II. p. 29.* Anno 1468. in Facultate sua, ut Decanus & Probeuta, promotionem doctorem solennem habuit. Anno 1470. denuo Magistratus Academicus ad ipsum, ut Rectorem, est delatus. In lite, quæ tunc temporis inter Ducem Pom. & Marchionem agitabatur, etiam nostri RÖNNEGARVII consilio felici successu usum fuisse Principem, apparet ex *antiquo Chron. Pom.* cujus jam antea facta est mentio, in quo & Rönnegarvii meritis iusta tribuitur laus. Quemadmodum etiam *Annal. Acad. p. 46.* eadem depredicant, in cura quam in erectione scholæ Juristarum apud St. Nicolaum, a. 1472. cum aliis laudabiliter suscepit; De qua infra, sub Vita ERASMI VOLRATH, erit dicendum.

De *Consilio isto in causa Ecclesiarum Wismar. contra Capitulum Ratzeburg.* cui & noster nomen suum subscripsit, supra jam sub vita WALTHERI mentionem fecimus.

## XI. GUALTERUS (f. WOLTER) HÖWENER. *Coslinensis.*

Ut Jur. D. & Decret. Lic. in Rectorem Acad. a. 1467. & denuo a. 1478. electus; quamquam ultima vice omnia gerantur raptim atque turbate. Prope finem enim Rectoratus Dn. MEYLOFFII, prout referunt *Annal. Acad. L. I. p. 63.* die solito, ad eligendum novum Rectorem, de mane, hora septima, in Collegio Juristarum, in aula, congregati domini de Consilio Universalitatis ad eligendum novum Rectorem æstivalem; Quidam DD. & Licenciati, scil. Dn. NIC. DEDELOW, s. Theol. JOH. BRUGGE, LAURENT. BOCKHOLT, Decretorum DD. WOLTHERUS HÖWENER, Decret. Lic. exceperunt contra supra dictum JOH. MEYLOFF, Rectorem, & alios Consiliarios Artistarum; super qua exceptione iidem prædicti recesserunt de aula, & intrarunt aliam cameram, ibidem, ubi tantquam

quam in Synagoga, præfecerunt in eorum Rectorem, contra statuta Universitatis, nostrum WOLTHERUM HÖWENER. Alii permanentes in debito loco electionis, constituentes Ecclesiam, secundum statuta ejusdem Universitatis, elegerunt alium, quem Rector idem MEYLOFIUS pronanciavit. Collegia interim divisim retinuerunt ambos, unum LICENT. HÖWENER pro Rectore, videlicet minus, majus vero tanquam canonice electum Rectorem præscriptum, quem etiam habebant & tenebant Rectorem Jurista & clerus civitatis, qui habebat scepra, sigilla, *Libros Statutorum* & matriculam; qui etiam fecit decantari missam universitatis solito more, & pronanciavit Statuta. HÖWENERUS vero solum, sicut baculus arduineus reputatus fuit, & passus multas contumelias, sicut illi consveti sunt pati, qui se minus canonice constituunt dominatores; Nomen vero & dignus titulus ipsius canonice electi scriptus in continuatione solita. Hoc autem Schisma vergit in insigne præjudicium, gravamen & damnum Universitatis. Nam illustriss. Princeps Dn. BUGISLAUS sublevavit omnes redditus & fructus Universitatis & Facultatum istius anni; quibus sublevatis & perceptis, revocavit Dominos & Universitatem & præsertim Magistros de Facultate artium utriusque Collegii, a quibus processit & ortum habuit differentia prædicta, donec tandem Princeps in oppido Tanglim in octava trium Regum ej. an. cum suis Consiliariis & Prælati Dieceps Cammin omnem differentiam Universitatis & Facultatis artium ad concordiam & unionem reduxit, & omnia ad debitum suum statum reposuit; restantibus *Annal. L. II. p. 53.* Hoc tamen fato, quod noster HÖWENERUS perpeffus, non obstante, ao. 1484. iterum in Rectorem electus, & per integrum annum Rectoratum gessit, propter absentiam Magistrorum & suppositorum. v. *Annal. L. II. p. 58. [\*]*

† 3

XII.

(\*) Hujus absentie causa admodum memorabilis refertur in *Annalibus Acad. L. I. p. 67. & L. II. p. 53.* Anno 1483. feria 4. ante natiuitatem

XII. ERASMUS VOLRAT. *in usup*

J. U. D. Decret. Licentiatus, Ecclesiae St. Nicolaitanae Canonicus & Scholasticus. Rectoratus munus sustinuit ao. 1472. Hoc sub Rectoratu erecta fuit Schola Juristarum apud St. Nicolaum. Cujus aedificii procurator fuit Rector, cooperantibus SLUPWACHTERO, GEORG WALTERO, GÖRVINO RÖNNEGARWE & PERLEBERGIO, Facultatem juridicam tum regentibus v. *Annal. Acad. L. 1. p. 46.* (\*) Denuo Rectoralis dignitas ipsi collata est a 1746. v. *Annal. L. 1. p. 50.* & MICH. GERSCHOVIT *Catalogum Promotorum &c. b a*; quanquam in *Catalogo ejus Rectorum, &c.* hujus ultimi Rectoratus nulla facta sit mentio.

Con.

Marie virg. Decanus Facultatis artium, M. HERMAN MEHLBERG, coassistentis sibi Magistris majoris collegii, intravit in Collegium minus sub prandio, pro executione facienda Statutorum Facultatis ejusdem contra illos Magistros as scholares, sibi & Universitati rebelles, & expulit nolentes obedire, realiter & cum effectu, prout sonat desuper unum Statutum, & fuere expulsi in una hora octuaginta, qui sequebantur Schmiterlovium Pro-Conf. Sundiam profugum, qui erat manentior illorum rebellium, & Magistri ibi inceperunt cum illis Scholaribus, qui apud eos permanserunt, exercere & legere ad aliquod tempus, quousque re intrarunt. Ob quam differentiam & ejus famam in locis circum vicinis pauci ad hanc Universitatem confluxere, ita ut sub isto Rectoratu ARN ZEGHEBERG, non plures quam novem intitulati fuerint. v. *Annal. L. H. p. 54.* Hinc in *Annal. p. 53.* adscriptum legitur *Ei Deus pareat, qui illius expulsionis extitit auctor, unde hanc Universitati gravissima evenerunt damna. Neque evasere isti expulsores impures, sed notabilis sententia per ill Principem in plena convocazione Spirituum, Praetorum & omnium suorum Nobilium, fuit lata, contra eosdem tanquam notorios innovatores, rerum invasores, &c.*

(\*) Ille aedes, olim Collegium Juristarum minus dictae, propriis sumptibus Acad. extructae, & a 1477 lapidibus rectae, v. *Ann. L. p. 52.* sive sunt in platea longae. Cumque anno 1571. plane destructae essent, NICOLAUS MASCOVIUS, Secretarius Academiae atque Consistorii a liberalitate Principis ERNESTI LUDOVICI locum istum cum ruderibus sibi expetiit, quem etiam anno 1584 d. 26. Sept. donatum accepit, a quo tempore in hunc usque diem Familiae Mascovianae inservit, v. J. H. BALTHASARIS *Praefat. ad Bugenbagii Histor. Pomer. p. 14.*

Confilio Jo. BRÜGGEN, quod inter *Confl. JChor. Germania Tom. 1. n. 37.* extat, cum aliis Facultistis tunc temporis subscripsit.

### XIII. ERICUS SCHACTHORN.

*Equestr. ord. Danus vel Suecus.*

J. U. D. NICOLAI filius. v. GERSCHOW. in *Catal. Rector. n. 178.* se ipsum nominat Ecclesiarum Wibergensium Archidiaconum, Lundenfis & Rigensis Canonicum. Ao. 1573. in Doctorum juris fuit promotus a GEOR. G. GUALTERO. simulque eod. ao. Rectoratus munus obiit, v. *Ann. L. 1. p. 28 & L. II. p. 33.* ubi, se in *Monarcham* evectum esse, ipse scribit; simulque insignia gentis suæ magnifice depicta reliquit.

### XIV. HERM. LANGEBECKE.

*Buchsdehudenfis.*

Ao. 1475. ut Rector Academiae in Baccalaureum juris fuit promotus. v. *Annal. L. 1. p. 49. & Gerschow. cit. II.* Id quod singulare ad modum fuit exemplum, quo Rector Academiae numerum Candidatorum auxit.

### XV. JOHANNES a BRÜCK. S. BRÜGGE.

*de Wismaria.*

J. U. D. Bononiensis, & in antiquis Juribus fuit ordinarius, Anno 1476. in resignantis officio suo JOH. PERLEBERGH locum successit, moxque anno 1477. fasces Rectorales ipsi traditi sunt. v. *Ann. L. 1. p. 51. & Gerschow c. l. ad b. a.* In hoc ejus Rectoratu fuit testata lapidibus Schola Juristarum, quae de re antea fuit dictum, & adoptata Zala in Collegio Juristarum

rum magnis expensis per hunc Rectorem & D. JO. PERLEBERG, pro tunc Facultatem juridicam regentes. v. *Ann. c. l. p. 53.* Inter Consiliarios Principis fuit adscitus. v. *Ann. c. l. p. 52.* At tristitia deinceps sensit fata, anno scil. 1481. quo propter salutaria, sed liberiora, sua monita ex Academia fuit relegatus. v. GERSCHOW. *Catal. Prof. Gryph. n. 18.*

Inter Scripta ejus prostat *Responsum juris*, de quo JOACH. VÖLSCHOVIUS in *Annal. p. 52.* ad marginem sequentia manu sua notavit: *Clarissimi 1Cti sui temporis JOH. BRÜGGE J. U. D. Responsum juris, in causa Capituli Ratzeburg. contra Senatum Wismar. in puncto. Furti, a Presbytero Wisuariensi perpetrati, extat inter Confilia JCeor. Germ. Tom. I. n. 37. edit. Francof. Responsum illud eruditissimum, subscriptione sua approbarunt ceteri Profess. jurid. Facult. D. WALT. HÖVENER Lic. jur. ERASM. VOLRAT. Decret. Licent. & JOH. CONRADI Decret. Licent.*

## XVI. JOACHIMUS CONRADI.

*Stargardiensis.*

Doct. Juris creatus anno 1475. deinde Decretor. Licent. & Canonicus Camminensis, v. GERSCHOW in *Catal. Rector & Prof. n. 27.* eum quater Rectoratum sustinuisse, notavit, scil: anno 1477. 84. 86. & 90. Hoc ultimo ejus Rectoratus anno Albas Hildensis GREGORIUS, Universitatis, Sub-Conservator & fautor maximus, fuit incarcerationatus, & per Abbatem de ESROM novus Abbas electus, nomine LAMBERTUS WERLE, testantibus *Annal. Acad. L. II. p. 72.*

## XVII. JOHANNES MEILOFIUS.

*Gryphiswaldensis.*

In Magistrum artium promotus a. 1459. postea gradum Baccalaureatus in utroque jure in Acad. patria a. 1477. sibi conferri



ferri curavit. Canonicus factus est Ecclesiæ Osiliensis; cum tamen introductionem in locum & stallum Capitulum ipsi denegaret, appellationem ad Papam interposuit. Sicut & apparet ex literis Consulum ac Senatus Civitatis Rigenfis anno 1477. ad Senatum Sundensem scriptis, quibus pro MEYLOFFIO intercedit, ut ipsi in expediendis ejus litigiis contra cives quosdam Sundenses, prout justitia patitur, subveniat. Anno 1478 in solenni promotione Cancellarii vices gessit, & Anno 1480 primum Rectoratus munus in ipsum est devolutum; quam funestus Academiae ejus fuerit finis, ob magnas lites & dissidia, in nova electione Rectoris orta, supra sub Vita HÖVENERI dicere occupavi. Hic tamen quam feliciter ex voto officio suo rectorali fuerit defunctus, inde apparet, quod sequi. a. 1482. denuo fides ejus sacces academiæ fuerint concediti. Ao. 1486. a JOH. FRIDER. von LÖRENGHANE, Magistro Ordinis Teutonici Breslovix, restantibus Literis sub d. Wenden am Freyt. na Exaltat. St. Cruc. caufarum Patronus fuit constitutus. Ao. 1692. eum adhuc in vivis fuisse colligere licet ex literis ARN. ZEGHEBERGII, e Rostochio ipsa tertia feria ante Michaelis hujus anni ad MEILOFFIUM, quem venerandum Præceptorem salutat, scriptis. [\*]

††

Sup-

(\*) Haud abs re erit hic subijcere annotata non nulla ad vitam MEYLOFFII spectantia, quæ, prout eadem vultu codici in scripta inveni, communicabo:

Hanc recommendationem utriusque juris fecit & hos titulos in utroque jure legit & finit M. JOH. MEILOFF anno Dni 1477. post Michaelis, in alma Universitate Gripeswaldensi; pro gradu Baccalaureatus in utroque jure accipiendo & titulum de *file Instrum.* incepit, altera die post Simonis & Jude, & finivit in vigilia Thome Apostoli; de post incepit tit. de *Infantib. & sanguinol.* proxima die Thome, & finivit in vigilia vigilie Nativitatis Jesu Christi, de quorum sine idem Jhesus Christus in eternum sit benedictus, Amen.

Et in examine suo quod erat anno 78 ipso die Sancti Vincentii in Collegio Juristarum habebat duo puncta, unum videlicet *d. in bona fidei contractibus C. de Reb. Cred. et de jurejurando*, alterum videlicet *c. quia vos. de sestam.* Et fuit concorditer ad Baccalaureatum in utroque jure admitt-

Supplices preces, ad Regem Poloniae pro parte Ducum  
Sedinentium exaratas, manu ipsius MEYLOFFI descriptas, pos-

sedis-  
sus; dehinc feria secunda proxima post conversionis Pauli fuit promo-  
tus una cum M. JO. PETRI, Juris Canonici Baccalaureo, & Domino  
MATTHEO STENDAL, Presbitero, ac GEORGIO LÖTZEN, concive  
suo; Et repetiit *l. Transigere C. de Transact.* interponendo etiam ca-  
nonicam in uno correlationem, causa brevitate, juxta voluntatem Docto-  
rorum omittendo integram repetitionem in jure canonico; fuitque promo-  
tus a venerabili viro M. JO. BRÜGHEN, de Wismaria, Decretorum  
Doctore, pronunc ordinario in antiquis [in Jure Canonico] In Legibus  
a venerabili viro M. JO. PARLEBERGCH, de Sundis, Praeposito Gripes-  
waldensi & artium ac legum Doctore & Juris Canonici Licenciatore.

Hec omnia acta & facta sunt sub Rectoratu commendabilis & circum-  
specti viri Dn. & M. JOACHIMI CONRADI, de antiqua Stargardia,  
Decretorum Licenciatu, ibidem in Gripeswaldis, apud B. virginem Ple-  
bani. Interfuerunt actui promotionis validi viri & strenni milites Dn.  
NICOLAUS DAMETZE, Legum Licenciatu, Cancellarius, & HINR. de  
BORCKEN, Consiliarius Illustris Principis BUGHESLAI, Ducis Sretin.  
Idem v. M. JO. MEYLOFF legit pro tunc ordinarie in legibus ob  
defectum Doctorum ad quinque quartalia anni. Dehinc anno 79 su-  
per Festo Michaelis incepit legere ordinarie in novis, in rebus de con-  
sensa Doctorum regentium facultatem juridicam.

Idem M. JOH. MEYLOFF recepit primos duos sacros Subdiaconatus in  
sabbato scientes, & in vigilia Pasce Diaconatus in Ecclesia Collegiata  
S. Nicolai Gripeswald; anno Domini 1484, a Rev. in Cristo Patre  
Domino LIVINO, Episcopo Dionisensi ordinis predicatorum, pro tunc  
Suffraganeo Ecclesie Caminensis, pro quorum acceptione DEUS sit be-  
nedictus in secula seculorum Amen.

Idem M. JOHANNES eodem anno primum suum sermonem ad popu-  
lum fecit in Dei laudem, Dominica quasimodogeniti, de mane, ante sum-  
mam missam in Ecclesia parochiali extra Gripeswald, in villa NIGEN-  
KERCKEN, sub Pastore ejusdem Ecclesie Domino JACOBO KAMP,  
Decretorum Baccalaureo & Canonico Gripeswaldensi; secundum  
vero sermonem ad populum in Ecclesia Collegiata S. Nicolai Gripes-  
wald fecit Dominica Misericordia Domini, de mane, ante circueium; &  
tercium sermonem ad populum fecit Dominica Cantate in eadem Ec-  
clesia Collegiata, eadem hora consueta, ante prandium, habendo semper  
Evangelium de die; & sperat, se per Dei gratiam plures facturum  
sermones.

sedisse Dn. CHRISTOPH. PYLIUM, Licei quondam Sunden-  
 lis Rectorem fidelissimum, & de historia patriæ nostræ meritis-  
 simum, videre licet ex scripto ejus, occasione Jubilæi Luthera-  
 ni secundi in publicum emisso, cui Tit. *Faustinum reducem* in-  
 scripsit pag. 4.

XVIII. ARNOLDUS SEGEBERG.

I. ZEGERBERG. *Gryphiswaldensis.*

**M**agistri BARTHOLDI ZEGERBERG, Professoris, & post  
 Consulis Gryphiswald. & ANNÆ RUBENOVIAE, filius.  
 Ter Reſtoratum hic ſuſtinuit; primum ao. 1479. quo ſub Re-  
 ſtoratu magna fuit facta contentio & magna diſcordia, de  
 Officiatu Episcopi in Grypeswold, ita, quod Præpoſitus cum  
 Pro Conſulibus appellavit contra conſtitutum, eis invitit, &  
 ſubtraxerunt ſibi obedientiam & non receperunt mandata  
 ſua, propterea in vim concordia fuit conſtitutus in Officia-  
 lem

† † 2

Anno vero 35. Sabato quatuor temporum in Quadrageſima Idem M. JO-  
 HANNES MEYLOFF ordinatus fuit per eundem preſatum reveren-  
 dum Patrem & Dominum LIVINUM, Episcopum, in ſacerdotem. uti-  
 nam dignum. Qui quidem M. JOHANNES Dominica proxima poſt Re-  
 miniſcere complevit duodecimam ſermonem ſuum ad populum, quem  
 fecit in eadem Eccleſia Collegiata prenominate, ubi ordines erant ce-  
 lebrati; Et ſperat, ſe per Dei gratiam plures facturum. Sit nomen Do-  
 mini benedictum in ſecula ſeculorum Amen.

Eisdem vero annis & quadrageſima Dominica letare idem ſepelatus Mag.  
 JOHANNES, in prenominate Eccleſia Collegiata, ſuam primam miſ-  
 ſam celebrando legit in honorem S. S; altera die de *animabus*; tertia  
 foris de *divina natura*; circumſtans & Pater fuit honorabilis vir  
 JACOEUS WISSE ſuus conciv's Grypeswaldenſis, natu. De quibus his  
 omnibus factis ſancta trinitas ac beata virgo MARIA cum omnibus  
 ſanctis in nomine Sanctorum ſit benedicta. Amen.

*Oret pro iis prenominate quicunque hujus libri poſſeſſor.*

lem Rector, & omnia fuerunt per hoc optime complanata & concordata; referentibus ita *Annal. Acad. L. I. p. 56.* Quemadmodum & in eundem Rectoratus annum incidit lis inter Episcopum MARTINUM de FREGENO & Capitulum Camminense. v. *Annal. c. l. p. 59.* ubi tamen de Capitulo Gryphiswaldensi alium est silentium. Porro 30. 1481. & denique 20. 1483. sed quam tristis tunc temporis ob intestina bella Academiae nostrae fuerit facies, supra sub vita HÖVENERI, in nota ibidem subiecta, observavi. Deinde Rostochium abiit, ibique numerum Professorum auxit, ita ut 20. 1486. sequenti, cum Musa Rostochiensis Lubecam per tempus migraverint, cuius causa recensetur in *Rostockischen Ervas de a. 1737. pag. 805. 599.* & porro 20. 1491. & 93. Rectoratum gesserit. v. *Das Rostockische Ervas de anno 1739. p. 621. 22. 23. 24.*

\* \* \* \* \*

His praemissis, reliquisque in commodius tempus servatis, restat adhuc subungere vitam ipsius Praenobilissimi Domini Candidat, cuius curriculum, prout ipse mihi suppeditavit, integris verbis inferam:

Natus sum in pago quodam Lusatia superioris prope Görlitium, Deutsch-Obzig dicto, Patre CHRISTIANO IKE, Stralsundensi, Ecclesiae huius loci tunc temporis Pastore, matre MARIA CATHARINA, B. Dn. M. SALOMONIS Hausdorff, Ecclesiae civitatis Bernstädiensis Pastoris quondam vigilantissimi, filia. Hi nominati parentes me statim a primis annis pietate & bonis moribus innutriverunt, haud ignari, Domini timorem solidissimum totius vitae, & imprimis educationis, esse fundamentum; & hunc in finem etiam privatis praeceptoribus me in disciplinam dederunt. Quam educationis curam Pater meus carissimus,  
(quem

(quem per Dei gratiam adhuc in vivis veneror, & pro cuius  
 ulteriori incolumitate & vita illam supplex imploro,) matre  
 prob dolor! me vix quinquenni, acerba inopinataque morte ex-  
 tincta, eoque continuabit, donec a Rege nostro Clementissimo  
**FRIDERICO I.** in patriam revocatus, Ecclesia Cröslinense  
 praefectus fuit. Perspectis jam ingenii & naturae viribus ac in-  
 dole, Scholae Gryphiswaldensis Praeceptoribus in literis informan-  
 dum me tradidit, ex quorum institutione tricenni fructum utili-  
 tatemque cum percepissem, iterum privata disciplina Candidati  
 cuiusdam theologiae nomine **ALBERTI**, apud **Dn. HENRICUM**  
**BUNGE**, Ecclesiae Neo Kirchenfis Pastorem vigilantissimum, tunc  
 temporis degentis, commisit. Biennio absoluto, ad florentissimum  
 civitatis Stralsundensis Gymnasium me ablegavit, ubi exi-  
 mios nactus sum Praeceptores, quorum ductum & solidam in  
 omnibus doctrinis, quibus puerilis aetas impertiri debet,  
 praeceptis, scilicet Styli, Logices, Rhetorices & Historiae in-  
 formationem multis adhucdum depradico laudibus. Inde suavis  
 Avunculi mei, ad cineres usque devenerandi, **Dn. BERNH.**  
**THEOD. Hausdorff**, J. U. D. & tunc temporis Consulis civita-  
 tis Misenenfis primarii, jam vero Libonici, quod Rige floret, Re-  
 giminis Secretarii meritissimi, Misenam petens, illustrem ibidem  
 scholam, vulgo **Jürsten-Schule** dictam, per aliquod temporis  
 spatium frequentavi. Factis ita bonarum literarum fundamen-  
 tis, pater carissimus dignum cum me judicasset, quo ad altiora ten-  
 derem, Jurisprudentiae studio ita affectus sum, ut huic me totum  
 consecrarem. Hujus igitur studii perdiscendi causa Ao. M. DCC.  
 XXXV. ad celeberrimam Academiam Jenensem accedens, Pro-  
 Rectore **Dn. SIMONE PAULO HILSCHERO**, Med. Doct. &

*Theoret. Prof. Publ. Ord. in numerum Studiosorum sum receptus. Quo vero ad jurisprudentiam aptior strueretur via, Duce B. Dn. GEORG. LUDOV. HERTZOGIO, J. U. D. & Facult. Jurid. Adj. postea Jur. & Philos. Profess. Publ. Extraord. necessarias Philosophia pertractavi partes, cujus & in historiam universalem habitus lectiones sedulo frequentavi; junctis dein lectionibus Dn. BUDERI, J. U. D. Histor. & Jur. Prof. Publ. Ord. quibus Germania tradebat historiam. In addiscendis Jurium principiis primum preceptore usus sum Dn. MOTERO, J. V. D. deinde prater variorum ibidem JCozum lectiones publicas, iis, quas in STRUVII Jurisprud. forens. & LAUTERBACHII Comp. Pand. Dn. STENGERUS, J. V. D. instituit, diligenter interfui, non neglectis scholis Dn. JOH. FRIDER. HERTELII, Cod. & Novell. Prof. Publ. Ord. quibus id, quod inter milites inque eorum negotiis juris est, singulari industria explicabat. Accedebat tunc temporis ad hanc Academiam Dn. JOH. WOLFG. KIPPINGIUS, Sereniss. quondam Marchion. Barcutb. a consiliis aulicis; hic, sicuti morum suavitate & solida juris notitia excellebat, ita fieri non potuit, quin multorum Studiosorum sibi conciliaret amorem. Fuerunt mihi imprimis in deliciis lectiones, quas, praeunte BÖHMERO in Introd. in Jus Dig. in Pandectas instuebat; priore autem parte vix absoluta, in Academiam Juliam, quae Helmstadii floret, muneris Jur. Publ. & Histor. Professoris Publici suscipiendi causa, vocabatur. Tanto amore hujus viri eram abreptus, ut mox abeuntem sequi consilium caperem. Invenire itaque Helmstadium suscepto in transitu visitavi novae Musae Göttingenses, ut solemnibus inaugurationis hujus Academiae, quae ibi celebrabantur, interesset. Adveniens tandem ad Academiam Juliam, ao. 1737. Pro-Rectore CHRIST. BREITHAUPT, Philos. Prof. Ord.*

Ord. nomen meum sum professus. Hic praprimis ab ore disertissimi dicti Dn. KIPPINGII, J. V. D. Sereniss. Brunsvic. ac Luneb. Duci a Conf. ant. & Hislor. jurisque publ. Prof. Publ. Ord. pependi, quo duce uen solum juris privati sed & publici prudentiam pertractavi; sub ejus quoque prasidio anno 1738. Diss. de Usucapione juris publici ex cathedra defendi: privatam uero fidelissimam ejus institutionem multis ac infinitis adbuendum depraediso laudibus, neque uultis nominibus Viro huic excellentissimo perpetua gratitudinis lege obstrictum profiteor. Quemque uenerari atque amare nunquam desinam. Ex scholis quoque J.Ci. Consummatissimi Dn. JOH. PAULI KRESSII, J. V. D. & Jur. Prof. publ. primar. in quibus Jus Feudale atque criminale explicabat, non parum perecepi utilitatis. In Pomeraniam reuertens, anno 1738. d. 1. Nov. Rectore Dn. CHRIST. STEPH. SCHEFFELIO, Med. Doct. & Prof. Publ. Ord. Academie Gryphica nomen dedi, & paulo post, scil. Anno 1739. d. 13. April. ab Illustri Reg. Dicastrio in numerum Advocatorum sum receptus. Cumque rerum mearum conditio & placita superiorum a me exigent, publicum exhibere specimen academicum, quo omnibus palam fieret, me non sub ignavia vexillis militasse, eodem adbuic anno consilium cepi, Amplissime Facult. jurid. Gryphiswaldensi nomen meum ut Candidatum profiteri. Ubi ea mihi contigit felicitas, ut sub Decanatu Viri Excellentissimi, Dni AUGUSTINI BALTHASARIS, Fautoris maximopere suscipiendi, ea, qua ex Lege Statutorum Facultatis a Candidato desiderantur, feliciter superaverim; ita ut Ampl. Facultas juridica dignum me judicaverit ad altiores honorum academicorum gradus aspirandi.

Supremum illud Nusmen, quod haectenus fata mea benigne moderavit, velit & in posterum eadem sua gratia habere commendatissima.

Sic

Sic itaque laudabiliter hætenus peracta fuit scena vitæ Præ-  
 nobilissimi nostri Candidati; Non opus esse duco, mul-  
 ta, quæ ad laudem ejus facere possent, hic adducere; Nobis  
 omnibus ipse satis est cognitus; suavissima morum indoles, qua  
 a natura præditus, omnibus bonis se se commendavit, quanto  
 etiam polleat ingenii acumine, oris facundia atque eruditio-  
 nis præstantia, publicis speciminibus, quibus causas Clientum  
 suorum in Judiciis mira cum prudentia ac sagacitate defen-  
 dit, satis superque comprobant; & jam in eo est, ut, quantum  
 vires ejus valeant in Cathedra academica, palam ostendat.  
 Eaque propter non tantum eruditam hanc de *usu fructu pater-  
 no in feudis filii fam:* conscripsit Disputationem, sed & eam pu-  
 blico conflictu mascute defendere in se suscepit. Cui certa-  
 mini proximus dies XVII. hujus mensis fuit dictus. Mearum  
 jam est patium ut *MAGNIFICUM DN. ACAD. RECTOREM,*  
*OMNES QUE PROCERES AC CIVES ACADEMICOS,* ad aëlium  
 huncce solennem sua præsentia cohortandum, meo  
 atque Dni Candidati nomine perquam officiose  
 invitem.

---

P. P.


GRYPHISW. DIE XII. MART.  
 ANNO MDCCXLI.





X2424235





1740. <sup>6</sup>

PROGRAMMA 1741, 2  
<sup>QVO</sup>  
**AUGUSTINUS BALTHASAR,** 2  
J. U. D. ET PROF. ORDIN. FAC. JUR. h. t. DECANUS,  
REGIÆ SOCIETATIS TEUTONICÆ DIRECTOR,

AD  
PRÆNOBILISSIMI ATQVE DOCTISSIMI  
**DNI. DAVID GOTTLIEB IKEN,**  
LUSATI.

REGII DICASTERII ADVOCATI,  
DISPUTATIONEM INAUGURALEM  
DE  
*Usufructu paterno in feudis filiorum familias*  
AO. MDCCXLI. D. XVII. MARTII  
IN AUDITORIO MAJORI

B. C. D.  
H. L. Q. C.  
VENTILANDAM.

MAGNIFICUM DOMINUM RECTOREM  
OMNIUMQVE COLLEGIORUM PROCERES  
NEC NON  
ILLUSTREM, GENEROSAM NOBILISSIMAMQVE  
ACADEMICAM JUVENTUTEM  
EA, QVA DECET, HUMANITATE OFFICIOSE INVITAT;  
SIMULQVE  
IN RECENSENDIS

*VITIS FCTORUM GRYPHISWALDENSIUM*  
PERGIT.

---

GRYPHISWALDIÆ  
TYPIS HIERONYMI JOHANNIS STRUCKII  
REGIÆ ACAD. TYPOGR.